

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 924

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

813

P A T R I S T I C I.

814

Autore, qui a. 525. vitam clausit. Exemplar praesens mendis non caret; contentionem tamen cum edit. *Sirmondi Opp. varior. T. II. Paris. 1696. col. 183.* f. ingressus speciminis ergo quaedam observo. Abest a Codice *Prologus. L. I. v. 2. lego capiunt pro car- punt. V. 5. reatu pro reatus. V. 40. noster producere pro rarus nunc prodere. V. 58. formosa mente pro formosa in mente. V. 59. eredo vultu pro eretum vultu. V. 60. pondere pro foedere. V. 74. consperso puluere pro consperso in puluere. &c. quae omnia sustineri possunt. Ante Librum VI. adest ad *Apollinarem Praefatio*, verum *aventrygafas*. In ea Sirmondi quo- rundam pia nobis est quorumpiam. Codicem in Germania scriptum Glossae συγχεοντι quibusdam vocibus impositae docent, quas hic colligere juvat. L. I. v. 12. *Instituit, Mahchota Faciebat a Ma- chen. V. 164. Missile, Ker, alias Ger, Geir, Gar, Gaes Jaculum. V. 281. Conclusis, Pisparida a Sparren, Sperren, quasi Besper- ret. V. 287. Excelso meatu, Ur- springi. V. Crevit, Arguzit a Giez- zen, Giessen, Ergiessen. V. 295. Papyros id est Cannas, Pinazun nunc Binsen. L. II. v. 109. Levi- us, Min, hodie Minder. V. 402. Occurrerit, Nibilti. Puto a Nab, neah, neb, nib, prope quasi propinquaverit, hodie Nahen, Nü- bern, et Rusticis Nähelt prope.**

L. III. v. 117. Notavit, Scalt, hodie Schalt increpabat a Schel- ten. V. 228. Miscebant, Scanch- tun, hodie Schenken, a Schenken, Einschenken infundere. V. 352. Notet, quasi numeret, Celit a Za- len, nunc Zäbten. Deinceps ma- num abstinuit Glossator.

CCCLXVI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2288 XIV. Folior. 109. f. nitide exa- ratus, coloribusque illustratus praescriptum habet: *Hunc librum legauit Monasterio Sancte Dorothee Dominus Andreas fundator eiusdem loci. Fuit is cognomine Plank Curio facer Garciensis Al- berti Ducis V. postmodum Imp. II. primum Institutio, dein Can- cellarius circa a. 1410. Codex vero ipse inscribitur: Magni au- relij. Cassyodori senatoris. Viri clarissimi et illustris. questoris pa- lacij. consulis ordinarij. prepositi officiorum atque patricij Variarum (Epistolarum atque Formularum) libri primi Incipit Prologus. In Libros XII. distributas exhibit Edi- tio Job. Garetii Rotom. 1679. T. I. f. nos tantum XI. censemus, in quibus tamen omnia, quamvis alio saepe ordine, continentur, ut vel e praemisso Elencho liquet. Interim Cassiodorus ipse numerum et ordinem Garetii in Praef. probat. Adscribo ex hac Praefatione lectionis varietatem:*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 924

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

815

C O D I C E S

816

Codex.

*Cum multorum mibi.
meis meritis.**per moram non committitur.**furiosa contentionum.**cura circumuallat.**honoris gratiam.**solos spei labores.**Regum consilia quin etiam.**ut ita dixerimus.**Sapere uideatur.**potentibus aulicis.**aliqua contingit.**promissa resignant.*

Non deesse ejusmodi diversitates per decursum Operis facile Lector statuet

II. fol. 100. p. 2. *Incipit liber Cassiodori de anima.* Ita: *Cum iam suscepiti operis optato fine gaudem, meque XII. voluminibus iagatum &c.* Igitur Liber hic ordine etiam temporis XII. *Variarum Libros* sequitur, non XII. *Historiae Tripartitae*, quos concinnavit serius; meminit enim hic in Praef. Praeceptorum Regum, quae nuper agebantur, quo loco mendose Codex augebantur, probae ceterum lectionis, et, quemadmodum *Variae*, notulis, glossis, correctionibus per margines adspersus.

CCCLXVII.

U.171 Codex membraneus lat. Sec. XII. et XIII. Folior. 86. f. eleganter scriptus, et rubricis ornatus, olim pertinens ad *Sanctam Mariam Gotwich*, sive Coenobi-

Editio

*Cum Disertorum mibi.
veris meritis.**per moram non comitur.**furiosa intentionum. al. contionum.**cura circumvolat.**honoris gratia.**solos labores.**Regum quin etiam.**ut ita dixerim.**Serpere videatur.**Potestatibus aulicis.**alia contingit.**promissæ resignant.*

um O. S. Bened. hujus nominis in infer. *Austria*, ubi fortassis Job. *Alexandro Brassicano* jussu *Ferdinandi Regis* a. 1528. Monasteriorum Bibliothecas obeunti adhaesit; ejus enim manus in margine fol. 25. visitur, ab eo demum ad Job. *Fabrum Ep. Vien.* delatus inscribitur: *Liber Cassiodori Senatoris*, et incipit: *Cum Studia secularium literarum magno desiderio feruere cognoscerem &c.* Habemus igitur incliti hujus Sec. VI. Scriptoris, e Regum Aula in Coenobium suum *Vivariense* ingravescente aetate digressi *Institutiones Divinarum Literarum*, quas in *Operum* ejus Editione *Rotomag.* 1679. f. Job. *Garetius* T. II. p. 537. exhibet. Et Textus quidem noster egregie cum Impressis procedit; observo tamen uno *Praefationis* loco et Codices *Garetii*, et ipsum Editorem ab eo emendari. Cum enim illi male legerent: *Hinc consequitur, ut otiose doceam*, et hic substituisset: *ut ocyus edg-*